

OK. 181.

OK. 181

19

X 1975228

#

Ve

1890

DISSERTATIO JURIDICA

De

ARRESTO SAXONICO,

Quam

Indultu Magnifici Ordinis Electorum,

Sub PRÆSIDIO

DN. JOH. CAROLI NÆVII,

J. U. D.

Consistorii Eccles. Advocati Ordinarii & Curiaë

Electoralis quæ VVittebergæ sunt,

ProtoNotarii,

Domini Patroni ac studiorum suorum

Promotoris omni observantia cultu et atem

prosequendi,

Publico submittit Examini

SEBASTIANUS Drechsler /

Mügl. Misnic.

IN AUDITORIO ELECTORUM

ad diem Julii. A. MDCLXXXII.

WITTENBERGÆ,
Literis CHRISTIANI FINGELII.



DISSERTATIO
 A. R. E. P. O.
 X. O. N. I. C. O.

Quam
 Robertus Augustus Augustus

SUB TUTORIO
 D. N. JOH. CAROL. FR. V. L.

J. U. D.
 Confessoribus, Advocatis Ordinarii & Curiae
 Rectoribusque Vniuersitatis

Demum in
 Promouenda causa de promotione
 praesentibus

Publico publico
 SEBASTIANUS
 Müll. Müll.

IN AULICIS
 Julii A. MDCCXXII

VITTENBERGE
 H. E. CHRISTIANI FR. V. L.

LIBRARY
 UNIVERSITÄT
 WITTENBURG





I. N. J.



Voniam, Huberto Giphanio te- *Hub. Giph*
 ste, multus hodie & eximius Arresto- *de Ordin.*
 rum usus est, idemque fori strepitus *Jud. cap. 1*
 in terris imprimis Saxonis, ubi id
 singulari quodam effectu legimus in-
 signitum, satis superque obfirmat;
 hinc in vicem speciminis Academi-
 ci quasdam de utilissima hac materia
 theses publico exhibere placuit exa-
 mini. Et quidem extra controver-
 siam est, vocem Arresti barbaram &
 minus latinam esse, duplicemque
 significatum habere, dum nempe

vel Decretum aut sententiam judicalem, vel injectionem manus, aut
 Impedimentum personæ vel rei factum denotat: Et priorem quidem
 significationem Arresti origine græcam & usurpatione Gallicam; po-
 steriorem purè Gallicam esse arbitramur. Absonum enim non est,
 quòd lingua Gallica ex græca voces quasdam mutuaverit, prout id
 Henricus Stephani in Tractatu peculiari de hac materia & alii mon- *Simon*
 strant. Hinc Simon Schardius Arrestum primi significatus vult no- *Schardius*
 minatum ab ἀρρητον, quod inviolatum & incorruptum notat, quia *in Lexic.*
 vox hæc imprimis acciperetur de sententiis Parliamentorum suprema- *Jurid.*
 rum Curiarum Gallix, quas incorruptas & inviolabiles esse oporteat, *J. Limnæo*
 velut à quibus Limnæo teste, directò non usquequaque appellatio reci- *not. Regn.*
 pitur, utut ab illis ad Regem supplicari possit, quas supplicationes aliàs *Franc. l. 7.*
 Requestes Civiles ad differentiam des simples Requestes appellant. Sed *13.*
 durior & remotior videtur ista Schardii originatio, quare probabilius *Pet. Rebuff*
 Arrestum alii ἀπό τῆς ἀρέτης seu ab ἀρέσκοναι, quod placitum seu pla- *de supplic.*
 cere *n. 41.*

A

re & decernere, est derivant, eâque ratione (per simplex r scribendum foret. Sed hic significatus ad nos non spectat. Deinde, verò, quatenus Arrestum impedimentum significat, à Gallorum voce Arrester, quod detinere, impedire aut interdicare denotat, vocatur, illudque apud Saxones audit: Ein Rummer/ & actio arrestandi fümern oder verfümmern/ vel ut quidam volunt, ob conditionem creditoris, qui anxiam & sollicitam curam agit, quomodo suum à creditore, quem facultatibus labi existimat, consequatur; Vel ob qualitatē de-

Matt. Cöler. de process. exec. p. 1. cap. 2. n. 73. bitoris, ut aliis non abs re probabilius videtur, cui per Arrestum anxia sollicitudo injecta est de mediis, quibus ab instantia creditoris se liberare possit.

§. 2. Vocatur Arrestum alio nomine saximentum, a Interdictum, Impedimentum, vel manus injectio b Ein Verboth oder Zuschlag. Propriè tamen differt à sequestratione, pignoratione, retentione, repressaliis, annotatione, spolio, missione ex primo decreto, executione in vim sententiæ, quæ in judicatum abiit, c & similibus executionum speciebus.

Jo. Brunnem. ad d. l. un. pr. §. 3. Dividi potest Arrestum in id, quod immediatè à Lege, & quod ab homine decernitur. Ad illud spectat l. un. C. ut omn. Judic. qua cavetur, quod omnes iudices tam militares quam civiles per 50. dies post depositam administrationem in locis, ubi administraverunt, sub pœna criminis læsæ Majestatis & 50. librarum auri remanere, inque omnium conspectu versari debeant, ex quo omnibus eos super crimine aliquo accusandi libera facultas sit: similisque pœna in successorem habetur statuta, nisi prædecessorem suum honestè retinuerit. Hæc sunt licita vel illicita. Illicitis annumerantur Arresta Imperii, quibus Status alterius Status bona propria vel ejus subditi via facti impedit, detinet vel manus injectione molestiam facit, de quo Petrus Friderus & Andreas Gail. operosè egerunt. d Licita fundantur aut jure communi aut Saxonico. Per illud Arresta sunt impedimenta, vel interdicta, ne res aut persona loco aut statu suo, donec creditori fuerit satis-

a *Johann. Petr. de Ferrar. in form. sequest. seu saximent. fol. m. 150.*

b l. 12. C. de Episc. & Cleric. l. 10. §. 1. ff. de in jus vocando l. penult. ff. de serv. export. c P. Matth. Wehn. observat. pract. verbo:

Arrest. Andr. Gail. de Arrest. cap. 1. Job. Monachus de Arrest. cap. 2.

Job. Gæddæus de sequestrat. Rubr. n. 19. seqq. d Pct. Frider. de Process. l. 1. c. 28. And. Geil. Tract. de Arrest. Imp.

factum, moveatur. Nam licet aliàs Processum ab executione incipere jura vetent, *dsive* quis ex obligatione sive in rem agat, fallit tamen id in casu contumaciæ, ubi reus sui copiam facere detrectaverit, *e* vel si is forensis, advena vel extraneus sit, qui non possessionatus, & cum sua persona creditori conveniendi facultatem subtrahere possit, vel ubi periculum, ne debitor rem dissipaturus aut fructus distracturus sit; vel si hospes debita alimenta, colonus vel inquilinus, aut qui apud opifices quicquam confici curavit, mercedem solvere negaverit, & aliis casibus, quos Ordin. Process. Item Matth. Coler. Joh. Koppen. & Dav. *Ordinat. Proc. Sax. tit. 51. pr.* Mævius uberius deducunt.

§. 4. Finis Arresti hujus est, ut Arrestatus tædio arrestationis affectus coram iudice loci compareat, pacta conventa cum creditore servet, & vel satisfaciat, aut in dubio cautionem iudicio fisci & iudicatum solvi præstet, vel etiam ut debitum confestim reddat liquidabile, chirographo quodam exhibitò: Qua ratione cives urbium, ubi Academiae florent, Academicos discessuros civili Arresto defatigare solent, ut dato chirographo debitum deinceps liquidum & exigibilius reddant. Nam licet Academici ob auctoritatem parentum satisfolvendo sæpiùs noscantur esse, utut eis pecunia non semper in promptu sit, interest tamen creditorum, ut cautionem & agendi fundamentum efficacius ab ipsis habeant. Urroque tamen casu ab arresto se liberare queunt debitores, si cautionem sufficientem præstent, prout Saxo vult: *Man soll in allen Fällen/ da Arrest verstattet wird / denselben wieder relaxiren und eröffnen/ wann der/ wider welchen er erhalten/ des Klägers Zusprüche halber gnugsame caution und Versicherung machen würde.* Quæ autem sit sufficiens cautio, Iudex arbitrabitur; Nam si debitor persona sit suspecta & levis, fidejussores aut pignora requirat; si verò honesta & fide digna, ut in forensibus evenire potest, juratoriam etiam cautionem admittat.

§. 5. Jure Saxonico fundatum arrestum est remedium quoddam executivum, quo Iudex imploratus à creditore & de credito ejus summarie edoctus, huic, arrestum postea legitime renovanti, tribuit jus reale.

A 2

reale, n. 29.

d l. 1. & 2. C. de Execut. rei judicat. l. 58. de re judicat. Land R. lib. 2. Joachim art. 17. Joh. Gæddæus in Consil. Marpurg. consil. 28. n. 66. Vol. 2. l. Mynsing. un. C. de Prohibit. Sequestr. pecun. ibique Sichardus & Salicetus. cent. 2. e cap. Quoniam frequenter X. ut lit. non contest. obs. 11.

reale in bonis debitoris, ut à tempore impetrationis omnibus aliis creditoribus jus antiquius non habentibus, in illis præferatur.

§. 6. Causa efficiens arresti est creditor, cui aliquid debetur, & qui fidem sui debitoris ex causa civili secutus est. Sicuti enim crediti vox generalis est; Ita omnes omnino actionum species hic facile complectitur, *g* nec dignitas aut reverentia debitori competens impedimento est; Unde Vasallus adversus Dominum suum Arrestum efficaciter petit, neque per id feudum amittit, quasi Domino injuriam inferat. *b* Injuria enim non est, si quis jure suo utitur, *i* aut beneficium jure communi indultum, cum opus est, usurpat, *k* quinimo nec filio adversus parentem, si hic malæ vitæ, prodigus & notoriè non solvendo fuerit, arrestandi subsidium negandum est. Licet enim conveniat, ut filius Arrestum petens, verbis temperatis utatur, & quoad id fieri possit, existimationi parentis parcat, jus tamen ipsum filio imploranti negari nequit, siquidem nihil meruitis, qui alterius prodigalitati obicem ponere, & sibi suisque liberis honestè intendit prospicere.

§. 7. Caterùm arrestum petere quis potest vel ipse, licet foemina sit, quæ curatorem nullum habeat, quoniam arresti petitio propriè actus judicialis non est, sed tantum præparamentum judicii & principalis actionis, *l* proinde & mulier illud in privata judicis domo rectè petit, licet postea si arrestum sit proseguendum, Curatoris præsentia omninò desideretur. Vel etiam id peti potest per alium, nempe procuratorem, modò hic habeat speciale mandatum. Est enim arrestum causa maximè præjudicialis, quæ ignominiam sæpè irretractabilem, alicui inferre potest, & hinc tam jus civile *m* quàm Saxon. *n* plenum mandatum desiderat. Conjuncta tamen persona creditoris, etiam absente & ignorante hoc, cum cautione rati admittenda est. *o* Quinimo in causa mercatorum literæ creditoris productæ mandato solenni æquipollent, quia in horum causis de apicibus juris & subtilibus solennitatibus non disputatur, *p* potiusque publicè interest, ut inter istos fides

gl. 1. ff. de reb. Credit. h 2. feud. 24. i l. 151. l. 155 §. 1. ff. de R. J. l. 42. de action. empt. k Carpz. Process. Tit. 21. art. 2. n. 2. l Richter p. 2. decis. 77. n. 13. & seqq. m l. 25. §. 5. ff. de ac vir. & amitt. hered. n ordin. Process. Tit. 51. Carpz. lib 4. Resp. 36. o l. 35. l. 40. ff. de Procur. Ordin. Process. Tit. 7. §. Wir lassen & c. & Tit. 51. §. Von eines andern 1c. 9. p. l. 29. §. Quedam ff. Mandati.

des servetur rigorosè, ne per tardio rem solutionem aliorum simul fides & æstimatio periclitetur. q.

§ 8. An verò creditor purum creditum, aut quod in diem, vel sub conditione conceptum est, habeat, nihil interesse putamus. r Licet enim dicatur, quod actio ante diei adventum vel conditionis eventum nulla competat. s Verum tamen hoc est tantum de actione non securitate debiti, t ubi regula obtinet, quòd jura vigilantibus scripta sint & hinc arrestans ex debito in diem vel sub conditione anterior præfertur in concursu ei, qui postea arrestum impetravit, licet hic purum debitum prætendat. Hoc tamen notandum, quòd debitor se tum facilè ab arresto liberare possit, si cautionem de satisfaciendo die adventante vel conditione existente præstet. Demum hic quoque discrimen faciendum non est, an creditor impetrans fuerit civis loci, ubi arrestum Saxonicum viget, sive advena loci, ubi illius ratio non habetur. Ut ut enim inferri soleat, quod beneficium alicujus communitalis competere magis ei debeat, qui ibi onera & munera subit, u & quod statutum extra territorium habitanti nocere nequeat w & hinc ei nec debeat prodesse, ex qua re nec repressalia concedantur peregrino, qui non est subjectus jurisdictioni istius loci, qui aditur. x Verum tamen hoc est in eo saltem casu, ubi statutum loquitur de oneribus Reipubl. quæ à civibus supportantur, non verò, ubi de præstatione fidei cavet, ubi æquitas æqualis forensi seu extraneo, non minus atque civi, impertinenda est, sic, nisi statutum expressè velit, quod beneficium activè & passivè tantum ad cives spectare debeat, ad alios quoque pertinet.

§ 9. Cum autem arrestum creditor non ex propria sed judicis autoritate consequatur, quare hic à creditore desuper imploratus prospectus & cautus esse debet, y ut attendat 1. debiti, de quo arrestum decernendum, quantitatem, 2. ejus qualitatem, & 3. Debitoris condi-

A 3

tum

q Sigism. Scaccia de commerc. §. 2. gl. 5. q. 8. n. 295. r arg. l. 14. ff. de pignor. l. 16. ff. commun. divid. s l. 213. cedere diem ff. de V. S. t l. 4. ff. quæ in fraud. credit. l. 6. §. sciend. ff. eod. l. 17. ff. ex quibus causis major. u l. 10. ff. de R. J. w l. fin. ff. de Jurisdic. c. 2. de Constit. in 6to. x Bart. in tr. de Repress. in 5. qv. pr. n. 1. & 2. y Ordinat. Process. tit. 51. Verb. Es soll hierinn Bescheidenheit gebrauchet werden.

tionem. Quoad primum debitum non sit nimis vile; durum enim & iniquum foret, alicujus existimationem ob leve & exiguum debitum in jacturam præsentissimam dare, cum facile possit accidere, ut fides alicujus, imprimis mercatoris, per unicum arrestum infringatur. Quod autem leve & modicum debitum sit, id judicis arbitrio relinquendum est, neque hic l. 10. ff. de dolo mal. Ubi duo aurei modicum vocantur debitum, inhærendum putamus. 2. Qualitas debiti consistit in eo, ut Judex videat, an illud sit verum. Non enim sufficit documentum, etiamsi id garentigiatum sit, exhibere, nisi ex eo constet, quoque, quod implorans jus ex eo fundatum habeat, ne exceptio, Tu non es nominatus in instrumento, obstet: neque cessio aliqua facta præsumitur; Quin imò in dubio magis præsumtio erit pro instrumenti depositione, nisi quis durius quid adhuc, nempe furtum aut subtractionem fraudulentam, inferre velit, quod imprimis tamen, si possessor instrumenti persona domestica aut cognata sit, quæ cum Domino cohabitavit, locum vindicabit. Neque judex de veritate debiti nondum satis edoctus securus erit, si arrestans cautionem offerre paratus sit, quia hæc sola id operari nequit, ut alteri rerum suarum administratio auferatur, aut in sua bona jus reale inducatur, nedum quod temerè ab executione sit incipiendum, cum melius sit, ab initio alicujus jura intacta servare, quam post vulneratam causam remedia quærere. 2. Consideret, an debitum illud sit probatum. Non autem requiritur hic exacta & solennis probatio, siquidem Ordinationes Saxonicae tantum volunt, *Dasß Arrestant seine Schuldforderung beglaubigen/ oder derselben beglaubigen Schein beybringen solle/* a atque hinc & non præcisè instrumenta authentica necessaria sunt, sed chirographa verisimilia, quin imò & testimonia hominum fide dignorum sufficiunt, cum Ordinatio Processus alternative *Urkunden oder andern glaublichen Schein* b desideret. Regulariter tamen judex eos testes juramento corporali obstringi curabit, nisi periculum in mora sit, & levis alia conjectura crediti probabilitatem inducat, ubi sub fide jurisjurandi an *Endesstatt* eos deponentes, quod contractui interfuerint, admittere potest. Quid verò, si mercator librum mercantiæ judici & inibi aliquem debitorem monstra-

2 *Mey, tract. de Arrest. cap. 10. n. 31. Menoch. A. J. Q. cent. 2. cas. 145. n. 2. seq.* a *Ordinat. Torgav. de An. 1583. Tit. von Arrest, Ordinat. Process. tit. 51.* b *Carpz. lib. 4. Resp. 38. n. 6.*

monstraverit, an sufficietis ad impetrandum arrestum? Ita putamus, modò originale libri scripti exhibeatur, prout Mevius & Joh. Marqvart de consuetudine, per quam Instrumentum avtheticum utiqve fieri potest, quod aliàs tale non est, testantur. *c*

§. 10. Qvoad debitoris conditionem videant arrestans & Judex quoqve, an is arrestari possit. Nam licet hoc dubium non habeat, quòd aliquis ob contractum sui procuratoris cum libera, vel institoris, aut Factoris, de quibus constat, quòd mercator opera eorum utatur, firmiter obligetur, & ob id arrestari queat, *d* propterea tamen factores ipsi vel alii ministri aut subditi pro debitis suorum dominorum arrestandi non sunt, *e* quia debitum contrahere, idqve postea non solvere, est delicti species, quod suos tenere auctores debet, unde & jure civili *f* prohibitum est, ne mercatores peregrini pro alienis debitis vel delictis jure repressaliarum, nisi fortè in casu denegatae justitiæ, pignorentur.

§. 11. Deinde perspiciant quoqve, an debitor arrestandus sit solvendo, nam si talis foret, arrestum esset nullius momenti, & etiam extra processum relaxari deberet, *g* Weil durch die Arreste wohlhabende Leute nicht in Verdacht und Unglauben sollen gesetzt werden. *h* Quod autem non sit solvendo, id per conjecturas saltem & probabiles præsumptiones demonstrari potest, quoniam Ordinatio Processus exigit modo: Daß der Creditor bescheinigen solle/ daß sein Schuldner mit vielen Schulden beladen und in Abfall seines Vermögens gerathen sey; Nec possibile etiam est, argumentis apodicticis alicujus inopiam, quæ apud mercatores imprimis omnibus modis occultari solet, liquidam facere, quare B. Carpz. deficientibus aliis conjecturis, aliquando & juramento locum esse existimat. Quod admittendum, si impetrans per-

c David Mevius de Arrest. cap. 10. n. 46. & seqq. Joh. Marqvart de jure mercat. lib. 3. cap. 11. n. 26. *d* D. Mev. d. cap. 10. num. 14. & seqq. *e* Joh. Loccenius de Jure Marit. lib. 3. cap. 4. §. 6. & seqq. f l. 3. C. de oblig. & Action. l. 3. f. C. Nellxor pro marit. Nov. 52. cap. 1. Guid. Pape Decis. 32. Joh. Koppen. decis. 41. Petr. Heig. p. 1. qu. 12. Constit. Sax. 30. p. 1. Consult. Constit. Saxon. p. 1. de contr. qu. 72. *g* Carpz. l. 4. Tit. 5. Resp. 38. *h* Ordin. Torgav. & Process. ordinat. tit. 51. *i* B. Carpzov, Process. tit. 21. art. 1. n. 50. & seqq.

persona honestior & integræ famæ sit. Hisce autem probatis amplius non quæritur, an debitor adhuc vivat vel mortuus sit, imò arresta defunctum magis sequuntur, siquidem de viventium facultatibus amplius solent adhuc sperare homines, quàm in eis est, & ob debitorum auctoritatem & potentiam connivent quoque; ut plurimum creditores, dum isti vivunt, sed mortuis eis ad arresta certatim pro jure reali consequendo concurrunt, ut puta cum plerumque in casu tali ultimum scabies occupet, ut nihil consequatur. Non tantum verò debitorem principalem arresto pulsare licet, sed & accessorium & fidejussorem, si nempe, utrumque non fore solvendo, probatum fuerit, imò & debitoris debitor arrestari quodammodo potest, etiamsi nulla cessio vel obligatio intervenerit inter hunc & creditorem, in eum scilicet effectum, ut Judex ei denunciaret, ne suo creditori sine expresso judicis permisso solvat, Daß er seinem Creditori bis auf des Judicis Bescheid oder Verordnung nichts wolle zahlen oder abfolgen lassen/ quam inhibitionem arresti loco haberi observantia fori docet.

§. 12. Atque si Judex videat ista legitimè esse probata, decernere arrestum tenetur, nisi ad interesse conveniri malit, si tamen meticolosior sit, cautionem à creditore de servando indemne tribunal judicis & refundendo expensas cum omni interesse in casu succumbentiæ exiget. *k* Et sicut negligentiam; Ita quoque præcipitiam in decernendo arresto evitabit, cum hoc casu injuriarum actionem simul incurret facilè; Quod idem de creditore arrestum urgente dicendum, cum injuria sit, aliquem de paupertate & de non solventia diffamare, *l* ut Autor. Consult. Const. Sax. benè inferunt. *m*

§. 13. Cæterum regulariter bona quælibet arrestari possunt, exceptis paucis, quæ partim arresto planè non afficiuntur, vel saltem in subsidium. Prorsus immunia ab arresto sunt 1. bona ecclesiæ, quod ratione debitorum ab administratoribus Ecclesiæ contractorum dubium non habet. Nam cum hi, Prælati, Clerici & similes Ecclesiæ

k Coler. de process. execut. p. 1. cap. 2. n. 116. & seqq. Carpz. d. l. resp. 40. *l* arg. l. 5. §. 1. ff. qui satisdar. cog. *m* Autor. Consult. Constit. Sax. p. 1. tit. von Contr. qv. 71. *n* l. 21. C. de SS. Eccles. Nov. 120. cap. 6. & placuit & seq. XII. q. 2. & t. t. X. & Extra Vag. Commun. de reb. Eccles. non alien. M. Pistor. vol. 1. cons. 18. Andr. Ranchb. p. 1. q. 26.

ſia bona ſuo arbitrio nec alienare nec obligare, n̄ ſequitur, quòd ho-
rum creditores ea nec arreſtare poſſint. Quicquid enim non eſt obli-
gabile, id nec eſt executibile, & quod non eſt executibile, nec erit arreſta-
bile, quia finis arreſti iſtius eſt, ut in re arreſtata jus reale acquiratur & de-
mum ex ea ſolutio ſequatur. Nec ſecus putamus, etiamſi conſenſus
aut mandatum Capituli intervenerit, aut creditor verſionem in rem
Eccleſiæ probaverit. Licet enim tum obligatio ſubſiſtat, haud tamen
exinde patet, quòd Eccleſia non ſolvendo ſit: Cum imprimis nec ejus
facultates ita occultentur, ut apud homines privatos evenit aut fugæ
vel dilapidationis periculum ſubſit; nedum quòd ſtatuta odioſa, qua-
le hoc eſt de arreſto & parata ex eo executione Eccleſiam non ligent
cap. quæ in Eccleſiarum X. de conſtit. Auth. Caſſa C. d. SS. Eccleſ.
Matth. Coler. d. Proceſſ. Execut. part. 2. cap. 3. n. 181. Quare creditor
ordinario modo experiri nec propudioso arreſto Eccleſiam gravare
debet. Sic Clericus aliquis eſt etiam immunis ab arreſto civili, uſque
adeo, ut quis pro temeraria manuum injectione in clericum, ipſo jure
excommunicatione notetur. o Quod tamen probè limitamus, modo
Clericus privilegiatus in functione & habitu clericali fuerit deprehen-
ſus, talis enim quivis judicatur, qualis invenitur. Et hinc ſi habitu
clericali depoſitò arma ſumat, aliive injuriam corporalem inferat,
tum fruſtra privilegium & legis auxilium, contra quam deliquit, im-
plorabit. p

§. 14. Deinde immunitatem habent bona ad alimentationem
debitoris deſtinata & ſtipendia ſtudioſorum, velut quæ ad ſuſtentatio-
nem vitæ civilis & cultioris conducunt. q Tum arreſtari nequeunt
cadavera defunctorum, de quo jus civile fancit, quòd contraſciens
jacturam actionis cum altero tanto injuriati hæredibus ſolvendo, &
pœnam infamiæ atque publicationis tertiæ partis bonorum ſubire de-
beat. r Quod demum hæreditatem jacentem concernit, vult quidem

B

Mat-

n l. 21. C. de SS. Eccleſ. Nov. 120. cap. 6. & placuit & ſeq XII. qv. 2. & l. 1.
X. & Extra. Vag. Commun. de reb. Eccleſ. non alien. M. Piſtor. vol. 1.
conf. 18. Andr. Raſchbr. p. 1. q. 6. o C. ſi quis ſvadente XVII. q. 4.
p Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 167. & ſeqq.
q B. Carpz. proceſſ. tit. 21. art. 2. n. 31. & ſeqq. r l. fin. & auth
ſeq. C. de ſepulch. viol. Dn. Struv. exerc. XV. q. 83.

Matth. Colerus, s ut in ea arrestum cesset, quia nulla tum adsit persona, quæ eo nomine interpellari, citari & sic in mora constitui possit, quem sequuntur Reinhard, t Schultes, u Monachus, w & alii, eidemque convenire quodammodo videtur Nov. 115. cap. 5. quæ cautum, ne ante 9 dies ab obitu numerandos ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti; nec non juri Saxon. ubi Glossa ad artic. 22. lib. 1. Landr. infert: Vor dem drenssigsten soll niemand auf des Verstorbenen Schuld klagen/ auch der Richter nichts daraus pfänden/ noch jemand in das Erbe weisen oder künmern. Quam hinc doctrinam per observantiam custodiri docet B. Dn. Brunnemann, x sed quia Dd. juris Saxonici molestiam talem ad institutam actionem, quæ suspensa debet esse, restringunt, creditoribus diligentioribus jus reale per arrestum concedendum volunt, cum imprimis Sanctiones Saxonice Electorales in forma arresti recensiti trigesimali diei expectandi nullam mentionem faciant. y

§. 15. Porro ab arresto libera sunt bona dotalia & paraphernalia ratione debitorum mariti. Quamvis enim hic in bonis istis dominium aliquod civile, & cum administratione jus iis utendi fruendi, imò & vindicandi habeat; attamen alienare ea minimè potest, quod in tantum obtinet, ut licet generali arresto universa mariti bona affecta sint, jus tamen hoc utendi fruendi tempore stantis matrimonii competens in arrestum neutiqvam veniat, quia mulieris interesse non tantum in dominio & Proprietate sed & in eo vertitur, quod ex usu fructu bonorum dotalium & ipsa mulier, liberive adeoq̄ tota familia sustentari debeat. Et hoc in foro Saxonico minus dubium habet, velut cujus virtute conjuges in indissolubili communiione omnium bonorum vivunt ex quo mulier cum rerum dotalium proprietate possessionem quoque tenet. Immassen es alda heißet/das Eheleuthe mit einander in gleicher

Ge

s Matth. Coler. de proc. execut. p. 2. cap. 3. n. 387. & seqq. t Reinhard. Diff. 43. u Jac. Schult super Rotschütz. art. 26. num. 64. w Monachus Tr. de Arrest. cap. 5. num. 10. & seqq. x Johann. Brunnem. ad l. ult. & Auth. seq. C. de sepulch. viol. y Sigism. Finkelthaus obs. pract. 15. Carpz. process. tit. 21. art. 3. num. 15. & seqq. z l. un. C. de rei uxor. act. pr. Instit. quib. alien. licet, ibique Joachim. Mynsing. aliive Dd.

Gewehr oder in ungezwungenen Guth sitzen/ & hinc concursu credito-
rum in bonis mariti suborto dotis nomine mulier omnibus præfertur
eis, qvi posteriorem expressam & tacitam anteriorem hypothecam ha-
bent, *b* Die vor ihr stillschweigende Verpfändung erlanget/ aber nicht
denenjenigen / so zuvor ausdrücklich Pfandrecht haben.

§. 16. Simpliciter quoque arresto, in subsidium tamen execu-
tioni subsunt, i. fructus feudi tam percepti quam percipiendi, quos
commuiter commoditates appellamus, *c* modo arrestum in genere
fit decretum; cuius ratio; quia onera feudalia exinde ferenda; & hinc
ante allodium executioni non submitienda: Cæterum arrestum hoc à
Iudice ordinario ritè impetrari potest. Licet enim Dn. Carpzovius te-
stetur, arrestum coram Curia Provinciali, quæ Lipsiæ est, non impetra-
ri, scimus tamen aliud esse observatum in Curia Electorali, quæ hic
Wittebergæ est, B. Carpz. Process. Tit. 21. art. 3. n. 79. Quod si quis au-
tem feudum ipsum arresto afficere malit, Dominum feudi adeat, *d* qvi
id, sine præjudicio tamen simultaneè investitorum, decernere habet, *e*
quia Sereniss. Saxo disposuit: Wenn auf Lehen-Güter Kummer ge-
suchet wird/ und es wäre der Richter/ unter den sie gehören/ nicht zu-
gleich Lehn-Herr/ soll der Arrest weiter nicht denn auf die Früchte und
Abnutzung vollstreckt werden. *f* Tum in subsidium saltem quoque
arrestari possunt arma & equi militum, *g* Salaria Professorum, Docto-
rum & Advocatorum, *h* Doctorum & Scholarium libri, instrumenta ad
agriculturam pertinentia, tam animata, ut equi & boves, quæ inanimata,
ut ligones, aratra, rastella & similia. *b* It. lecti & stragulæ vulgares, nec
novestres quotidianæ, quia sine his adminiculis debitores vel munia suæ
vocationis commodè obire, vel ipsam vitã honestè transigere nequeunt
Hoc tn. notandum, quod si debitor in locis diversis sub plurium judi-
cum jurisdictionibus bona possideat, possit creditor Principem tan-
quam omnium superiorem adire & arrestum petere, modo à Cancellaria
Principis inferioribus Judicibus arrestum illico notificetur, *i.* &
B 2 hinc

a Landr. lib. 1. art. 31. *b* const. 28. p. 1. Ord. Proc. Tit. 43. Dn. Carpz. de Jur-
fæm. Decad 5. posit. 4. Joh. Koppen. q. 18. n. 29. *c* ordinat. process. tit. 51.
§. Wenn aber *ic.* & tit. 48. fin. princip. *d* Hart. Pistor. p. 1. q. 15. constit.
Elect. 25. p. 2. *e* Andr. Knichen de pactis Invest. p. 2. cap. 1. *f* Ord. pro-
cess. tit. 51. Carpzov. proc. tit. 21. art. 3. n. 61. & seqq. *g* l. 14. §. 1. ff. de re
milit. *h* l. 7. l. 8. & auth. seq. C. quæ res pign. obl. Matth. Coler. de
proc. Exec p. 2. c. 3. n. 119. & seqq. *i* Ordin. process. tit. 51.

hinc dubium est subortum, si intra tempus denunciationis expeditæ creditor alius ab inferiore interim iudice arrestum impetret, uter præferendus sit? Putamus creditorem posteriorem, quia bona mediatè subjecta non videntur affici prius, quàm iudex immediatus ea de re certior sit factus, idquæ exinde liquidum arbitramur, quia jurisdictiones hodie iure hæreditario exercentur, atque hinc directò jus suum nemini Princeps intervertere potest. Jus autem inferioris Magistratus est, ut coram eo hypothecæ constituantur, & inde arresta quoque ab eis petenda sunt, licet Princeps vi superioritatis extra id jus in creditorum commoditatem aliquid disponere queat. Ac insuper quoque creditori posteriori nihil imputari potest, qui arresto in re certa ab ordinario iudice impetrato contentus, à Principe arrestum generale petere supersederit.

§. 17. Forma arrestorum olim ante editam constit. Electoral. 29. p. 1. & ordinat. Process. inter secreta Jctorum relata fuit; hodie ex eis facilè patet. Requiritur ergo i. iudicis autoritas, quæ ab arrestaturo imploranda est, nempe petit: *Dasß ihm vermöge der Churf. S. chf. Landes-Constitution Arrest auf N. N. sämtliche Güthere/ (nisi in rem certam arrestum petatur) beweglich und unbeweglich/ oder auch Forderungen/wie die Namen haben/oder wo sie anzutreffen seyn möchten/ verstattet und decerniret / auch Gegentheil und Interessenten dasselbe notificiret werde/ Arrestant sey erböthig / den Arrest von 14 tagen zu 14 tagen gebührend zu prosequiren/ auch dabey/ was sich ereignen wird/ zu verrichten/Et hac iudicis compellatione est opus, quia Iudex nisi imploratus officium suum nemini impertit, & nemo quoque sibi ipsi jus dicere potest *l. un. C. ne quis in sua causa jud. l. 13 ff. quod metus causa*. Et hinc non sufficit Iudicis minister aut Apparitor, neque Actuarius aut Notarius publicus, qui citra iudicis iussum arrestum consignare velit, quia concessio ejus æquæ ac executio causæ cognitionem prærequirit, à qua cognitione Actuarius & dictæ personæ utique abstinere debent. Deinde iudex is sit quoque competens, & quoniam arrestum est præparamentum actionis principalis, & hinc ab alio, quam qui ordinarius est, & coram quo actio principalis ventilari potest, impe-*

l. final. C. de Edict. Hadr. toll.

impetrari nequit. Regulariter verò pro ordinario iudice habetur is, sub cuius iurisdictione debitor suum domicilium habet, / vel ubi debitor contraxit & solutionem destinavit, *m* quod locum imprimis habet, si ad bona ejus mobilia in arresto respectus sit. Ubi verò ad immobilia iudex rei si æ adiri debet, unde legislator Sax: *n* Wann einer an andern Orten/denn darunter er wesentlich gefessen/auch Güther hätte/und man wolte dieselbe mit Arrest beschlagen/sol es vor den Gerichten geschehen/darunter dieselben gelegen. Ubi verò in foris Saxonis iurisdictione diversimodè exercetur, ut alter bassam alter verò altam habeat, videtur distingvendum, de qua summa sicubi hujus determinatio certa in iudicio reperiatur, prior iudicare valeat, & secundùm ejus quantitatem arrestum utiqve decernere poterit. Cœterùm non interest, an iudex pro tribunali suo vel in domo privata offendatur; *o* Ita nec peccat creditor, qui die feriata aut de nocte iudicem hac de re adierit. *P* Condonandum enim est ei, qui suam diligentiam de damno vitando & periculum in mora monstrat. *q*

§. 18. Porro notandum, quod arrestum tempore Nundinarum impetrari nequeat, idqve ideo, quo velocius & copiosius ea, quibus indigemus, pro nostra utilitate exportentur. *r* Quod privilegium hinc Doctores ad solos mercatores & nundinas solennes ab Imperatoribus concessas volunt restrictum, *s* eidemqve mercatores in obligationibus efficaciter renunciare posse constat, & durat id Lipsiæ usqve dum nundinæ per campanã finitæ fuerint. Wann der Markt ausgeläutet wordē. *Rescript.* In sequenti verò septimana post nundinas in der Zahlwoche Usqve ad *Elect. d. 25* tempus quo merces in conductu Norinbergensi avehantur, Wann das *Jul. 1621.* Murnberger Geleith abgehēt/ arresta quidem recipiuntur, sed arrestantes prioritatis jus nullum consequuntur, *t* quod in favorem *mer-*

l. l. arg. l. 2. C. de Jurisd. omnium Judic. cap. final. X. de for. comper. in l. 19. §. 1. & 2. ff. de Judic. l. 24. pr. ff. cod. l. 1. C. ubi de ratiocin. agi oport. l. 3. ff. de reb. autor. Judic. poss. it C. ubi conveniatur qui certo loco. *n* Ordinat. Process. tit. 52. §. Es soll aber ic. *o* Consult. Constit. Sax. lib. 2. p. 3. de Judic. q. 15. *p* Pet. Peck. de jur. sist. cap. 4. n. 6. *q* cap. 21. §. Verum X. de Judic. *r* Constit. Elect. 30. p. 1. fin. Petr. Peck de Jur. sistend. cap. 7. n. 3. & cap. 9. num. 2. *s* Carpz. ad d. Constit. def. 23. 24. 27. 28. 29. *t* d. Rescript. Elect.

merciorum, ne mercatores in negotiationibus suis impediatur, receptum videtur. Atque porro non officit, si arrestum id inscio & ignorante debitore decernatur, quia prima vice non necessaria statim est citatio; // denunciandum tamen ei postea arrestum est, uti sequetur.

§. 19. Secundò judex competens de veritate crediti & 3. de qualitate debitoris, quod is solvendo non sit, inquirere debet, ut supra diductum in § 10. & 11. 4. jubeat judex, ut arrestum in matriculam civitatis vel Cancellariæ, coram qua petitio interponitur, insinuetur & registretur. In quo actu judex utitur clausula: se arrestum recepisse in quantum de jure, i. e. quatenus apparebit, debitorem justam contradicendi causam non habere: Nam licet aliàs judex ab hac clausula absteineat, cum auctoritatem suam nullibi debeat interponere, ubi causæ merita ritè prius cognita non discussit; tolerari tamen ea in puncto probationis dubio, ut hic est, utique debet; Atque illius registraturæ testimonium vel recognitionem arrestans per manum Actuarii cum puncto temporis expresso, quo ista fuerunt acta, scriptam à judice petat in quo impositum arrestum probare habeat. Ejusdemq; registraturæ formula solet esse talis: Den N. (notetur dies cum mense, anno, & hora diei) hat bey N. exprimatur judicium N.N. Arrestant auf N. N. (nominetur debitor) Gütern einen gerichtlichen Arrest gesucht und angeleget/ weil dann solcher Arrest in quantum de jure angenommen. Als ist solches anhero ad Acta registriret / auch Arrestanten eine recognition darüber ertheilet worden/ Geschehen die anno & hora ut supra, cum Actuarii Judicii subscriptione.

§. 20. Quintò denunciatur arrestum debitori in eum finem, ut cogitet de mediis solvendi vel aliter satis faciendi creditori suo, quo arresti prosecutio impediatur. Damit es ferner Prosecution des Arrests nicht bedürffen möge/ quod verbis solet fieri sequentibus: Welcher gestalt in N (appelletur Judicium) NN (exprimatur Creditor) einen gerichtl. Arrest zu euren vel desselben pro dignitate & qualitate personæ, Güthern ic. wegen seiner bey euch habenden Forderung gesucht und angeleget/ auch euch solches zu notificiren gebethen/ Solches habt ihr aus dem Beschlus mit mehren zubefinden. Wann dann solcher Arrest

u Carpz. Process. Tit. 21. art. 3. num. 10. & seqq.
2. num. 178.

w Coler. p. 1. cap.

rest in quantum de jure angenommen/als werdet ihr euch darnach zu achten wissen. Dat: N. locus, dies, mensis, & annus cum subscriptione Judicii. Et hoc eo magis est necessarium, quia arrestum à tempore factæ denunciationis demum vires juris realis acquirit. Sic enim Sereniss. Saxo disponit: Ein Kummer soll dem debitori alsbald durch einen geschwornen Boten angekündigt und insinuiert werden/was dieser dannach gescheneher Ankündigung oder in andere wege erlangter Wissenschaft aus seinen Güthern entwendet oder verpfändet/ an dasselbe soll sich Arrestant nichts desto minder zuhalten fug haben. x Propterea tamen non censemus esse simpliciter assentiendum eis, qui scribunt, quod si iudex arrestum non denunciaverit, illud nullum sit, ita, ut nec creditor de prioritare gaudere possit. Distingvimus enim, an iudex illud prorsus non denunciaverit, vel aliquantò cessaverit in denunciandi munere. Priori casu concedimus arrestum nullum esse, quia omnes actus retro pereunt, ubi forma non est integra, vel actus ex peculiari legis dispositione sustinetur. Posteriori casu subdistingvendum, an intra id tempus quo arrestum est impetratum, sed nondum renunciatum, debitor tertio jus reale in re sua constituerit vel minus; y si illud, arrestum prius quidem subsistit, sed Prioritatem non habet, si hoc, nihil est impedimento, quo minus arrestum plenum effectum sortiatur. Sed confundendus hic quod brocardicum videtur, non est terminus arresti prosequendi cum termino jus reale in re arrestata consequendi. Ille non post factam denunciationem sed illico post impetrationem currere incipit, quoniam Sereniss. Saxon. Elect. sancit. z Der Arrestanten Recht gehet von dem Tage und Stunde an/da sie erstlich den Kummer schriftlich angeleget/und derselbe (welches unverzüglich und specificè zugeschehe) gerichtl. registriert wordē/a modo cœtera ad formam negotii pertinentia secuta quoque fuerint, ne actus retro totus annulletur.

§. 21. Nec obest hic, si alius creditor iudicis registraturam prævenit, cum ejus mora aut negligentia creditori de jure suo satis sollicito jacturam ferre non debeat, & hinc verba Ordinat. Processus posteriora non pertinent ad formam & subsistentiam arresti, sed potius ad
ejus

x Ordinat. Process. tit. 51. Wann auch ic. y Ordin. Process. d. tit. 51°
§. Es soll aber ic. z Ordinat. Process. tit. 48. §. 1. Constit. 78°
p. 1. §. Ferner sollen ic. a Dan. Moller. & Gargzov. ibidem.

ejus probationem, illud ritè esse quæsitum & impetratum, Hic verò, nempe terminus jus reale consequendi incipit demum post factam debitori denunciationem, arrestum esse concessum, aut quando id debitori aliunde innotuerit. *a* Cujus ratio hæc esse videtur, quia arrestum inducit jus pignoris, quale debitoris præscitum prærequirit, ne cui sine facto proprio suæ rei jacturam subire, aut eam alii obligatum iri contingat. Factum autem aut consensus etiam tacitè censetur interpositus, si debitor post factam denunciationem creditori non satisfecerit, quod ad jus reale inducendum sufficit. Sed licet creditor jus reale demum acquirat post denunciationem debitori factam, postea tamen id retrotrahitur ad tempus & momentum, quo impetratum est, modo per dicta non interveniat quicquam, ex quo effectus arresti suspendatur. Cessat autem effectus hic arresti, si alius creditor bona debitoris detineat, ac in eis jus retentiones aut compensationis exercere velit, quoniam beati possidentes & cuilibet creditori plenius consultum creditur retentione vel compensatione, quàm petitione. *b*

§. 22. 6. Arrestum binis vicibus est renovandum, hoc nempe vel simili modo: *Dasß Arrestant Krafft dieses pro primo vel secundo den angelegten Arrest wolle renoviret und gebethen haben/dasß selbiger gebührend registriret und ihm darüber recognition ertheilet werde.* Ad quod petitum registratura fit secundum formulam supra positam, mentione tantum primæ vel 2tæ renovationis injecta, & quidem renovatio hæc de una quaterdena in aliam, von 14 Tagen zu 14. Tagen/facienda est, quod tempus de momento in momentum computandum esse statuit olim Carpzovius p. 1. Const. 29. def. 10. Cum tamen id ipsemet postea nimis rigidum judicaverit, & aliud quoque in judicio Appellationis, quod Dresdæ est, observaretur, mutavit opinionem hanc lib. 4. Resp. 37. nec non in Process. Tit. 21. art. 4. n. 18. & seqq. Et hinc dies termini in ipso termino computandus, adeò ut, si quis calendis, aut prima die mensis alicujus arrestum impetret, illud die 15. ejusdem mensis renovare debeat, licet hora & momentum non respondeat, ob quam causam & jam olim Matth. Colerus dixit, c renovationem
ori

a *Ordinat. Process. tit. 51. §. Wann auch ein Kummer/ 2c. b* *Ordinat. Process. tit. 51. §. Desgleichen wann ein ander 2c* *Carpzov. ad constit. 29. def. 37. Richter de privil. credit. cap. 4. sect. ult. num. 31.*
c *Matth. Col. de process. Exec. c. 8. part. 3. num. 45.*

esse faciendam de una quindena in aliam. Ulteriori verò aut citeri-
ori die renovare arrestum minimè licet: Veluti si hoc in calendis men-
sis impetratum sit, & quis illud juxta priorem casum prima vice die 16
& secunda 30. renovare velit. Ut enim A. Rauchbar part. 1. q. 3. memi-
nerit, arrestum tale pro valido in gravi quadam causa judicatum fuisse,
Ipsemet tamen postea fatetur, in aula Electoris Saxon. aliud observari,
& rectè, tum, quod terminus talis pro forma, quæ strictè custodienda
requiratur, tum & quod Const. Elect. 29. clausulam cassatoriam, si se-
cus prosecutio facta fuerit, dispositioni adjecerit, nedum quod aliàs
renovatio non ampliùs de quaterdena sed quindena contingeret. Nec
aliud videtur de die citeriori dicendum, velut si quis ad spatium diei
aut bidui anticipaverit. Nam licet Daniel Mollerus contrarium ope-
rosè tueri nitatur, & quasi tempus id in favorem creditoris constitutum
sit, & dilationes 14. dierum concessæ reperiantur ad conquirendum ea,
quæ ad prosecutionem arresti necessaria sunt, adeo, ut, si creditor
postea dilatione illa tota fortè non habeat opus, is anticipare possit.
Deinde quia ordinat. Saxon. spatium 14. dierum requirens dies cite-
riores includere videretur; tum & quod terminus is ex more judicio-
rum intra 14. dies olim apud Saxones exercitorum ortum traxerit.
LandR. lib. 1. art. 10. in pr. gl. in lib. 3. art. 5. & 40. Proinde cum ho-
die diebus singulis judicem adeundi facultas sit, citeriorem renovatio-
nè creditori non posse aut debere esse fraudi. Quinimo illius vigilantia
potius præmio afficiendam esse. Quibus rationibus hinc olim suffra-
gari visum est Electorale Rescriptum de Ao. 1606. Sed nihilominus
rescriptum id postea ita declaratum est, ut 14. dies pro forma arresti
requirerentur, quod cum ita sit, eam ad amissim servari, nec per
ævipollens ad impleri posse palam est. Neque etiam tempus tale
in favorem creditoris absolutè præfinitum arbitramur. Posito enim
hoc, nuda arresti impetratio sufficeret, nec reiterata renovatione opus
esset. Debitoris verò aut concreditorum causa hic magis videtur
verti; Illius quidem, ut is interea de satisfactione cogitet, aut ne con-
stringi & urgeri possit, nisi omnia momenta formæ præscriptæ arre-
stans observaverit. Horum verò, ne eis ita facilè præjudicari queat,
quod debitoribus chirographariis per jus reale ex arresto ab alio impe-
tratum alias foret metuendum.

C

§. 37.

§. 23. Quæ igitur observavimus circa primam renovationem, ea quoque sunt necessaria in secunda, hoc tantum notato, quod cum hac simul offerri debeat libellus arrestatorius, per verba Ordinat. Process. Es soll nebens dem dritten und letzten Kummer die Klage einbracht werden/ quod septimum arresti requisitum est illudque pro natura actionis institutæ verbis sequentibus aut similibus exprimi solet: Vor euch den NN. (nominetur Judex cum characterè Judicii & suæ dignitatis) erscheinet NN. Arrestant mit vorbehalt aller und ieden Rechts Wohlthaten fürhlich sagend/ welcher Gestalt NN. Debitor ihm N. (notetur quantitas debiti & causa debendi cum circumstantia loci & temporis simulque documenta ad actionem institutam facientia annectantur) schuldig worden/ habe aber bis Dato von ihm nichts erhalten mögen/ dannenhero und weil Kläger vornehmlich in Erfahrung kommen/ wie gedachter N. N. debitor auch andern nicht mit geringen Schulden verhasstet / ist er verursacht worden/ einen Gerichtl. Arrest und Kummer zu allen seinen Güthern und Forderungen/ wie die Mahmen haben mögen (oder auf sein Haus/ Hoff etc.) pro consequendo jure prioritatis zu suchen/ welcher auch von N. (Judicio) verstattet worden/ und fordert demnach Kläger von beklagtem vollständige Antwort und recognition oder endliche diffession der producirten Brkunden etc und nach derselben bittet er in Rechten zuerkennen und auszusprechen/ daß der angelegte Arrest beständig und Arrestant dadurch ein dinglich Recht in N. Debitoris Güthern erlanget und davon billig vor allen andern Creditorn, so kein besser und älter Recht haben/ zubefriedigen sey etc atque is terminus libellum offerendi rursus est strictè custodiendus quoad modum extensivum; anticipare tamen arrestanti hic licet, non quidem, ut per id prioritatem habeat ante eum, qui arrestum prius impetraverit, sed in 2da demum renovatione libellum arrestatorium obtulerit, sed quod id propterea non pereat. Et demum 8. in oblato libello simul debitorem citari petat per verba Const. dictæ: Darbey er dann auch Citation an den Schuldner suchen und bitten soll etc. addat. Ord. Process. tit. 51. §. Wie aber nun etc.

§. 24. Causa finalis & effectus arresti est, ut creditor in bonis sui debitoris jus reale consequatur, & per hoc creditum ei securius sit. siquidem virtute illius præfertur omnibus Chirographariis, & qui anteriorem hypothecam sive antiquius jus reale non habent, Ordinat.

Pro-


Process. dict. tit. 51. §. Zum andern zu dem Ende etc. & quidem in tantum, ut liceat ea bona arrestata persequi, etsi per mille manus ambulassent, ut Dd. loquuntur. Enim vero licet arrestum non obstat, quo minus debitor rem arrestatam alienare possit, f cum pro certo habeatur, qvalitatem litigiosi per istud minimè induci, g transeunt tamen bona arrestata cum onere ad quemcunqve possessorem etiam singularem h cum jura non patiantur, ut alicui invito jus suum inver- tatur, i modò hoc casu, ubi possessor singularis convenitur, prius de- bitor principalis excussus fuerit. avth. hoc si debitor C. de pign. avth. sed hodie C. de obl. & Action. Quoniam enim excussio etiam in hy- potheca requiritur, in qua tamen expressus juris realis consensus habe- tur; multo magis ea in arresto opus erit, ne major sit virtus taciti quam expressi, aut magis operetur fictum quàm verum contra Reg: 195. de R. J. Eberhard. in Top. in loco Ab express. ad tacit.

§. 25. Et quidem cum debitor in rebus arrestatis jus suum pristi- num dominium nempe cum possessione servet, sequitur inde, quod si eas quovis modo amiserit, illas vindicare, aut si eis spoliatur, vel in eis turbetur, interdicto recuperandæ vel retinendæ possessionis expe- riri possit, nec non quod per arrestum possessio legitima ad usueapio- nem implendam minimè interrumpatur. k

§. 26. Alter arresti effectus est, ut creditor in bonis arrestatis prioritatem consequatur præ omnibus creditoribus posterioribus sive ejusdem tituli ut arrestatores sive diversi sint & illi expressam etiam hy- pothecam habeant. l quæ sententia quidem, si dicendum quod res est, magis observantiæ & stylo recepto, quàm theoriæ Juris Saxonici videtur convenire. Nam Constit: 28. p. 2. certos ordines seu classes consti- tuit, sec. quas creditoribus debeat satis fieri, illisque præmittit eos, qui jure prælationis & singulari privilegio præ reliquis creditoribus omni- bus nituntur. Post quinque classes speciales subnectit, nempe 1. hy- pothecariorum, 2 eorum, qui privilegium Personale habent ob depo- situm consumtum, pias causas & alimenta. 3 arrestantium, 4 cætero- rum personaliter privilegiatorum, & 5 Chirographariorum. Deinde in §. Ferner sollen etc separat ab hypothecariis istis expressè arrestan- tes & inter eos quoqve personaliter ex certis casibus privilegiatos inter-
ponit,

f M. Col de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 437. §. seqq. Gail de Arrest. cap. ult. n. 71.
g Avt. Litigiosa C. de litig. f. Brunnem. ib. Franzk. l. 1. Resol. 11. n. 18. h l. 12.
C. de Distr. pign. i l. 1. C. debit. vend. pign. impediri non poss. k l. 21.
f. de usuc. §. usurp. l. d. Constit. 28. §. Ferner etc.

ponit, atq̄ve demum inter arrestantes cum & sine immisione distin-
guit, quod serenissimus Saxo non fecisset, nisi differentiam inter ar-
restantes & hypothecarios quoad temporis prioritatem innuere vo-
luisset. Inanis enim prorsus esset differentia inter arrestantes sim-
plices, & qui simul immisionem impetrarunt, si hypothecarii poste-
riores istis postponi deberent, nedum quod verba und dann nechst die-
sen sollen die Arrestanten zugelassen werden/citra vim eis illatam aliter
intelligi nequeant, nisi quod arrestum debeat postponi privilegiatis ex
certis causis & hinc ex Regula, si vinco vincentem te, vinco & te, ar-
restantes jus parile cum hypothecariis habere nequeunt. Neq̄ve ob-
stat, quod Dd dicunt, hac ratione arrestantes cum immisione nihil ha-
bere præcipui præ arrestantibus simpliciter, si utriq̄ve hypothecariis
æqvivalentur, habent enim id, quod in prioribus jus pignoris retro-
trahatur ad diem primum impetrati arresti, vid. Andr. Rauchbr. p. 1.
qv. 4. adeoq̄ve in suo genere inter hypothecarios prærogativam facile
nanciscerentur; sicut & pari ratione arrestantes simplices inter eos,
qui sibi similes sunt, prærogatione gauderent, sed ut dictum, obser-
vantia fori aliud induxit, cum imprimis & Ordinat. Processus
Tit. 51. §. Was dann den 2c. generalioribus verbis con-
cepta reperiatur. unde pronunciarum solet: Dieweil beflagter die
Schuld gestanden (vel die producirten Documenta zur gnüge reco-
gnosciert) und der Arrest in seinen formalien zu Recht beständig. so hatt
Kläger an N. Güthern ein dinglich Recht erlanget/und wird davon sei-
ne Schuld vor allen andern/ so kein besser Recht daran erhalten / billig
bezahlet 2c Demum notemus, arresta quoq̄ve per cessionem in alios
transferri posse. Omne enim videtur esse cessibile, quod jure reali
possidetur & in hæredes est transmisibile, modò cessionis forma in
processu præscripta attendatur, nempe, daß sie mit Consens und
Nachlassung der Gerichte/vor welchen der Arrest angelegt/und darun-
ter die Güther gelegen/ geschehen/o Ordinat. Process. d. 51. §. fin.
q̄va in re quoq̄ve noviss. Decis. 28. attendendam constat, in quo, ne
theses propositam metam excedant, stylum abruptum volumus Nos
nostraq̄ve Studia Lectori Benevolo & Candido enixè com-
mendantes.



Præstantissime VIR,

DUm epistolam hanc scribere intendo, incidi forte in C. Plinii verba: quod plurima homini ex homine mala proveniant: cætera verò animantia in suo genere probè degant, congregentur invicem, & stent contra dissimilia, nec nisi in diversa genera sæviant. Quæ sane sicuti vera sunt; ita in opprobrium generis nostri contingere rebar. Deus n. Creator universi est charitas, & homines ad sui imaginem condidit; quare nos quoque in vita tota charitatem ad laudem DEI spirare deberemus: Nec aliam ob causam DEUS hominū affectum ad vitam sociale colendam impresit, quam ut ei perpetua sit occasio charitatis opera exercendi: Et licet humanæ vires post statum hominum corruptum valde debilitatæ sint; habent tamen principia practica rationi connata; habent quoque doctrinam Ictorum, ex quibus regulam charitatis quodammodo redintegrare queant; quapropter ii qui inimicitia, iræ & odiis indulgent, ipsi naturæ humanæ vim inferunt; & hac in parte se ipsis bestiis inferiores esse ostendunt. At verò non omnia, quæ homini ab homine mala proveniunt, illico improbanda sunt. Sed ea demum, quæ ex lascivia, aut ulciscendi cupidine proveniunt, & in alterius dolore subsistunt; secus si in agentis in demnitatem aut securitatem tendant & reflectant: quod in arrestis imponendis evenit. Non enim creditor illud petens dolorem & ægitudinem debitoris sui intendit, & in ea quiescit, sed vult, ut sui crediti indemnitate & securitate nanciscatur. Quale Jus Arrestorum quatenus à civili utilitate exigatur atque per Jus Civile & Saxon. temperetur, ut justum sit, disputare jam, Vir Doctissime, instituisti. Quo ipso aciem ingenii non inutiliter exerces. Hic enim finis est nostræ Jurisprudentiæ moderari id, quod utile est per justitiam, quod Cicero & veteres Jcti vocarunt utile cum honesto miscere aut iungere. Alioquin cæponaria videtur Jurisprudencia, quæ ex utili primario finem dimittitur: cujus Professores quod emerunt fortean, vendere vicissim student; quod tamen à Tuis rationibus valdè alienum censebitur. Et cum primario id, quod justum est, aucuperis, ex animo precor, ut utilitatem exinde proficuum & largam olim capias! Cæterum me, Tuo affectui porro commendatum cupio. Wittebergæ 4. Idus Junii MDCLXXXII.

PRÆSES.

So will/ mein Werther/ Er ist öffentlich anzeigen
Der hochgelehrten Welt/ und gänzlich nicht verschweigen/
Was Leipzig/ Wittenberg an Künsten beygebracht /
Dadurch ein Nachbar Er der Sternen ist gemacht.
Sein Feuer-voller Muth der läst sich nicht begnügen
An dem was Erde ist / Er will nur immer fliegen
Zum blauen Himmels-Zelt / Er trachtet weiter fort/
Auf daß sein steter Fleiß erlang den Ehren-Port.
Altraa ist bemüht den Kämpffer zu belohnen
So ritterlich gekämpfft/ Sie wird die schönen Krohnen
Ihn wissen theilen aus: da denn das Vaterland
Auch mit beytragen wird/was Ihm längst zuerkand.

Mit diesen geringfügigen wolte den Hn. Respon-
denten als seinen werthgeschätzten Freund
und Gönner beehren

Christian Seyfert/
von Dresden / der R. B.

Des Sommers Zierats-Kind/ die Rose ist zwar blühet/
Doch aus dem Dornstrauch prangt ihr so geblümte Pracht
Die schwangre Sommerzeit ist zwar mit Frucht bemühet/
Doch nach der Arbeit folgt nur solche Segens-Macht.
Die Arbeit und der Dorn des Fleißes hat durch Sinnen
Dir/Werthster Freund/gar oft den nassen Schweiß erweckt.
Da Fleiß zu sehn gewesen in deinem Macht-Beginnen
An Orten/wo das Haupt der Fürsten-Purpur deckt;
Du solt drum auch gewiß die Tugend-Frucht genießten/
Du solt die Tugend-Ros' abbrechen mit der Hand.
Ich wünsch: Ein Strom des Glücks der möge sich ergießen
Auf dein/mit saurem Schweiß/so wohl gebautes Land:
Ich wünsch: ein Thau der Gunst der möge stets behagen
Auch deinem Ackerbau/bestelt mit Themens Zucht/
Damit der Tugend-Knossp' nach Wunsche mög' ausschlagen
In eine Ehren-Ros/ in eine Würden-Frucht.
Als zur Frucht-schwangeren und Rosenblühender
Zeit in der schönsten Blüte seiner Studien
sein werthester Freund rühmlich disputirte/
schrieb dieses

Johannes Pistorius, Phil. Stud.

OK. 181.

OK. 181

19

DISS

ARI

X

Indul

DN. JO

Consistorii
Elec

Domini P

Promoto

SEB

IN



S A-

NÆVII,

& Curia

suorum
tatem

ler /

